

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De muneribus virtutum, & de gratia quæ non est, sed facit meritum. G. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

ritate, & iustitia, & de aliis accipitur. Si enim fidei ipsa virtus proueniens, diceretur esse mentis actus, qui est meritum: iam ipsa ex libero arbitrio origine haberet: quod quia non est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamen adhuc charitas: sine qua nec credere, nec sperare meritum est vita. Vnde apparet vere quia charitas est spiritus, quae animae qualitates informat & sanctificat, ut eis anima informetur & sanctificetur: sine qua animae qualitas non dicitur virtus, quia non valet sanare animam.

*De munib[us] virtutum, & de gratia quae non est, sed facit meritum.*

Ex munib[us] itaque virtutum boni sumus, & iuste viuimus, & ex gratia, quae non est meritum sed facit, non tamen sine libero arbitrio proueniunt merita nostra, scilicet boni affectus eorumque progressus atque bona opera, quae Deus remunerat in nobis: & haec ipsa sunt Dei dona. Vnde Aug. ad Sixtum presbyterum. Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Vnde vita eterna, quae in fine a Deo meritis precedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur, a nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam: recte & ipsa vita gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis: quia non meritis datur: sed quia data sunt per gratiam & ipsa merita, & quibus datur.

*Epilogat ut alia addat.*

Ex premissis iam innotescere nobis aliquatenus potest, qualiter gratia proueniens meretur augeri, & alia: & quid ipsa sit, an virtus, an aliud: & si virtus, an sit actus vel non ostensum enim est supra ex parte quorundam, quod ipsa est virtus: quia virtus non est actus sed eius causa, non tamen sine libero arbitrio. Vnde quod supra Aug. dixit, bonum est liberis arbitrii esse virtutem, ita accipi potest, i.e. actum virtutis: alioquin sibi contradicere videretur, quod etiam

opus

Epi. 105. in  
Tom. 2. ante  
medium.  
Ibidem in ep.  
paulo infe-  
rebus.  
Consimilem  
habet sen-  
tentiam ad  
verf. 5. Psal.  
98. tom. 8.

opus virtutis supra dixit esse bonum vsum eorum quibus non bene uti possumus: in quibus posuit liberum arbitrium. Si vero bonus usus liberi arbitrii opus virtutis est, iam virtus non est. Cum ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit, nomine virtutis ipsius vsum significauit.

*Quod idem usus est virtutis & liberi arbitrii: sed virtutis principaliter.*

I

Idem nempe usus bonus ex virtute est, & ex libero arbitrio: sed ex virtute principaliter. Et bonus ille usus in magnis bonis annumerandus est. Illa autem gratia præueniens, quæ & virtus est, & non usus liberi arbitrii est: sed ex ea potius est bonus usus liberi arbitrii, quæ nobis est à Deo, non à nobis. Usus vero bonus arbitrii, & ex Deo est, & ex nobis: & ideo bonū meritū est. Ibi n. sed ex ea o-  
sol⁹ Deus operatur: hic, Deus & homo. Hoc meri-  
tū ex illa purissima gratia prouenit: qđ Apost. no-  
tauit dicens. Gratia Dei sum id quod sum, & Gra-  
tia eius in me vacua non fuit. Super quē locum Au. ita ait, Recte gratiam nominat. primum enim solā gratiā dat De⁹, & nō nisi gratiā, cum non pre-  
cedant nisi mala merita: sed post per gratiā inci-  
piunt bona merita. Et ut ostenderet etiā liberū ar-  
bitriū, addit, Et gratia eius in me vacua nō fuit. Et Ibidē paulo  
ne ipsa voluntas sine gratia Dei puretur aliquid inferius.  
boni posse, subdit, Nō autē ego solus, scil. sine gra- Au.ca.6.e-  
tia: sed gratia: Dei mecum, i. cum libero arbitrio. ius dē lib. ēn  
Plane cum data fuerit gratia, incipiūt esse nostra principio.  
merita bona, per illā tamen: quia si illa defuerit  
cadit homo.

*Aliorum sententiā hic ostenditur, qui dicūt virtutes esse bonos  
usus liberi arbitrii, id est, actus mentis.*

K

Alii vero dicunt virtutes esse bonos usus natu-  
ralium potentiarum, non tamen omnes, sed tan-  
tummodo interiores, qui in mente sunt: exterio-  
res, per corp⁹ geruntur, nō virtutes esse dicūt, sed  
ope-

*Quod gra-  
tu prae-  
niens, que  
virtus in-  
telligitur  
non est lib.*

*i. Cor. 15. b.  
Aug lib. de  
gratia & li-  
bero arbit-  
rio c. 5. in*

*fin. Tom. 7.*